

291  
esse non possit sed quia his additis est beatitudo clarior ut pertinet ad bene esse  
beatitudinis et decentiam quondam ipsius. sicut et felicitas pollicita ornat nobili  
tate ut corporis pulcritudine et huiusmodi. sine quibus tamen esse potest. ut patet  
primo ethicoz. et hoc modo hic.

**In conuersione sancti Pauli est euangelium Dixit simo  
petrus ad ihm Mat. xij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.  
Prima. Utrum paulus sit sessurus cum christo ad iudicandum. Secunda. Utrum  
conuenienter iudicaria potestas respondeat voluntarie pauperum. Tertia. Utrum  
promissio que sequitur in euangelio sit conueniens qua dicitur quod omnis etc. Quarto  
Utrum conuersio pauli fuit miraculosa.**

**Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur  
quod paulus non sit sessurus cum christo ad iudicandum. Paulus non fuit vnus  
de apostolis. quibus in hoc euangelio loquebatur ipse dicens. Vos qui  
secuti estis me etc. sed paulus non est sessurus cum christo ad iudicandum. Secundo sic  
Ioh. v. dicitur quod pater omne iudicium dedit filio ut etc. sed honorificentia talis non debet  
alicui alteri nisi christo. Tertio sic. Quicumque iudicat habet auctoritatem super illud  
quod iudicat. sed ea de quibus debet esse futurum iudicium sunt merita et premia hominum que  
soli diuine auctoritati subsunt. ergo nulli de his competit iudicare. In oppositum  
est euangelium patris quod ideo legitur in hac festiuitate. ut ostendat quod paulus in hac  
dignitate fuerit par siue equalis alijs apostolis. Respondeo dicendum quod pau  
lus est vnus de sessoribus cum christo ad iudicandum. De quibus dicitur Isa. iij. Quis ad iu  
dicium ueniet cum senioribus populi sui. Pro pleniori intellectu huius conclusi  
onis est notandum iuxta sanctum Thomam in quarto quod iudicare multipliciter dicitur.  
Primo modo aliqui dicunt iudicare comparate in quantum ex parte eorum aliorum  
aliqui iudicandi ostendunt sic patet Mat. b. xij. Viri minivite surgent in iudi  
cio etc. sed sic iudicare in iudicio commune est malorum et bonorum. Alio modo dicitur iudica  
re quasi interpretative. Interpretamur ei aliquem facere quod facienti presentit. unde illi qui  
consentiunt iudici eius sententiam approbando iudicare dicunt. Et sic iudicare  
est omnium electorum. Unde dicitur Sap. iij. Iudicabunt sancti nationes. Tertio modo dicitur  
iudicare quasi per similitudinem quod similitudinem iudicis habent in quantum fecerunt in lo  
co eminenti sicut inter. sic assessores iudicare dicunt. Et secundum hunc modum dicitur  
aliqui quod perfecti viri quibus potestas iudicaria promittitur. ut in euangelio patris iu  
dicabunt sed per honorabilem professionem quod superiores ceteris apparebunt occurren  
tes christo obuiam in aera. Sed istud non videtur sufficere ad promissionem domini plenam  
qua dicitur. Sedebitis iudicantes. videtur enim iudicium concessum superaddere.  
Et ideo est quartus modus iudicandi qui perfectis viris pertinet. Pro quo nota quod  
cum iudicare importat actum in alium procedentes. proprie loquendo iudicare dicitur quod  
sententiam loquendo in alium profert. Sed dupliciter pertinet. Uno modo ex propria au  
toritate. et hoc est illius qui habet in alios dominium et potestatem. cuius regimini  
subduntur qui iudicant. Unde ei est in eos ferre sententiam. et sic iudicare solus  
deus est. Alio modo iudicare est sententiam auctoritate alterius latam in alio  
rum noticiam ducere quod est sententiam latam pronuntiare. Et hoc modo perfecti**